



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 25. Alia Granatensis, atque Hydruntini Patriarchum sententia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

„sparsit, a quo liber ea de re conscri- Sæcul. XVI.  
 „ptus est: quapropter si Bohemis id in- A.C. 1562.  
 „dulgetur, verendum est, ne eundem  
 „errorem retinerent, ac concluderent  
 „perinde ac alii post similem conces-  
 „sionem argumentati fuerant, colligen-  
 „tes ex verbis Christi, quod sub spe-  
 „cie panis sit solum corpus, & sub spe-  
 „cie vini solum sanguis, ut proin adhuc  
 „pertinacius suis oppido perversis opi-  
 „nionibus insistendi occasionem capta-  
 „rent: quinimo hac indulgentia mox  
 „ceteræ Nationes excitatæ non modo  
 „idem a Synodo petent, sed crescente  
 „earum audacia insuper sacras imagi-  
 „nes, perinde acsi populis idololatriæ  
 „occasionem præberent, aboleri postu-  
 „labunt. In eandem quoque sententiam  
 „concesserat Venetus ex Patriarchis  
 „tertius, qui omnino Calicis usum esse  
 „denegandum promuntiabat.

### §. XXV.

#### *Alia Granatensis, atque Hydruntini Archiepiscoporum sententia.*

Verum Hydruntinus Archiepiscopus *Fallav. cap.*  
 median tenens viam Calicis usum, *21. n. 5. & 6.*  
 sed nonnisi adjectis quibusdam conditio- *Sarp. p. 544.*  
 nibus permittendum existimabat; inqui-  
 bat enim: „præprimis restringatur ea  
 „concellio duntaxat ad illos, qui in ipso  
 „Missæ Sacrificio Christi Corpus su-  
 „munt,

Sæcul. XVI. „munt, ne postea necesse sit, consecr. A.C. 1562.

„tum Sanguinem conservare cum cor-  
„ruptionis periculo. II. Id fiat solum  
„iis diebus, quibus aliis sub unica spe-  
„cie non datur Evcharistia, ut hac  
„tione diversitas evitetur, quæ saepe di-  
„fidii origo est. III. Hoc privilegium  
„non aliter concedatur quam cum lumi-  
„ni Pontificis assensu: cum enim ipse  
„supremus fit Rector Ecclesiæ, melius  
„que rerum conscius, Synodus eo in-  
„consulto nihil hac in re decernet  
„valet. „

Verum Granatensis Archiepiscopus  
opponebat, hoc negotium nequaquam ad  
Pontificem esse remittendum, cum tunc,  
postquam ejus auctoritate Concilium  
semel fuisset congregatum, eique  
proposita dubia decidendi potestas at-  
tributa, haud amplius eorum deusio  
ad illum pertineat, sed Synodo mat-  
rius expendendi jus competat, utrum  
calicis usum concedendo, vel denegan-  
do majus Ecclesiæ periculum immi-  
neat? (\*) „parum enim, prosequebat-

(\*) Hæc de restricta Pontificis au-  
toritate in Concilio, vel de elata potestate Con-  
ciliarum in Papam nec Pallavicinus nec Sar-  
pius, quos Continuator allegat, mentionem  
facit, attamen horum neuter Gallus erat:  
per-

„tur Archiepiscopus, mihi negotii faces  
 „sit effusionis periculum, quoniam ex- Secul. XVI.  
 „perimento habetur, quod id perraro  
 „accideret in vino ad abluendum os  
 „post sumptam Eucharistiam, majorque  
 „diligentia in sanguine adhiberetur: in- A.C. 1562.  
 „super

percipiamus ergo, quomodo Pallavicinus Granatensis Archiepiscopi verba proferat: *Non nullos velle, ut affirmaretur, argumentum illud esse hujusmodi, ad quod solum expendendum oportuisset a Pontifice Concilium cogi, quo tanti ponderis, tamque universale negotium decerneretur suffragiis præstantissimorum omnium in Ecclesia virorum, se nondum certo animo esse, & longiori spatio ad perpendendum indigere.*

Sarpius autem l. c. de eodem Granatensi haec refert: *hanc quæstionem remittendam ad summum Pontificem non censuit, quod graveum, seriamque requireret deliberationem.*

Nunc vero, benevolus Lector a partium studio alienus hæc utriusque Scriptoris verba conferat cum Continuatoris relatione, & luculenter sana crisi observare poterit, quibus artibus privatæ suæ sententiæ auctoritatem sibi conciliare nitatur Continuator, ac demum quam caute hodierno præcipue tempore legendi sint Scriptores, qui ad confirmanda sua paradoxa ex Ecclesiæ Historiis, atque Historicis invicta deprompsisse argumenta gloriantur.

**Sæcul. XVI.** „super si hæc concessio est utilis ad  
**A.C. 1562.** „hæreticos Ecclesiæ reconciliandos, o  
„mnino deneganda non est; cum muta  
„tionem afferret non nisi simplicis cuius  
„dam ritus, qui ad fidelium utilita  
„tem potest cogente necessitate pra  
„denter variari: interim valde timent  
„ne hæretici post factam hujusmodi  
„concessionem in insolentiora alia postu  
„lata prorumpant: opto tamen, ut cl  
„rius innotescat, an hæc indulgentia  
„opportune succederet: ne vero hac in  
„re spes suo successu destituatur, Deus  
„per preces, jejunia, atque eleemosinas  
„exorandus est: postea vero perci  
„bendum censeo ad Germaniæ Præfules  
„qui, si Tridentum venire non poterunt,  
„Metropolitanos adeant, habitoque ea  
„de re consilio, ad Synodum pro ipsorum  
„conscientia ab ipsis decreta referant.

## §. XXVI.

*Roffanensis Archiepiscopus Calicis  
concessioni obiunctatus.*

*Pallav. c. 7.  
n. 4.*

Joannes Baptista Castanea Roffanensis  
Archiepiscopus ad refellendam Gra  
natensis opinionem plura proferebat ar  
gumenta, ac præprimis ita perorabat:  
„Si mutatio in cunctis legibus utpote  
„populo noxia omnino vitanda est; mul  
„to magis omnis umbra a ritibus Ev  
„charistiæ procul arceri debet ea tem  
„pesta.

